

clare dicat. laterent siquidem res maiorum nostrorum, nullaque ad posteros nostros presentium rerum memoria pervenire posset, nisi prodita essent divina quedam ingenia, qualia apud priscos multa, apud nos tuum, que et suarum et superiorum etatum gesta litteris complectentur. gratias habet^(a) Deo tua respublica quod, eo bene iuvante, quicquid antehac vel consilio vel viribus facere aggressa est, prospere omnia effecta reddidit. unde iam inter urbes non modo Italie sed et orbis totius opulentissima splendidissimaque habeatur, quam vicini verentur, socii colunt, amici fovent, metuunt hostes, peregrini populi extereque nationes admirantur. in qua certa sunt subditis patrocinia, indubitate sociis fides afflictisque refugium^(b), omnibus spes, hostibus pestis et paratum semper excidium. sed deesse nichil magis felicitati urbis videbatur quam ut esset qui pari elegantia res scriberet^(c), qui sanctissimas leges, prudentissima senatus consulta, humanissima decreta atque in omnem rem pertinentissimas epistolas annotaret. quamobrem ne qua deforet^(d) felicitatis pars, saluberrimo consilio senatus in cancellarium magistrumque scripturarum te delegit, ut esset ingenium et doctrina magnitudini rerum par. quis enim urbis illius splendorem, senatus auctoritatem populique consensum explicare maiori venustate quam tu posset? quis urbis sententiam^(e) magis apposite dicere? quis^(f) elegantius bella prescribere? quis serere pacem atque in amicitiam^(f) hortari? quis detergere magis hostem magnifica oratione queat? in qua re non modo prudentiam summam senatus demonstravit, quod inter doctissimos prudentissimosque homines, quibus abundat urbs plurimis, summum te merito fecit, sed et gratitudinem maximam. nam ab ineunte iam usque iuventute quicquid etatis actum est retro, id omne tibi pro tue reipublice utilitatibus absumptum est. nullum unquam refugisti labore, nullum evitasti periculum, nullum quanvis longis-

nientano di pregio
ove siavi chi de-
gnamente le cele-
bri;

nè senza scrittori
dotati di divino in-
gegno, come Desi-
derato, s' avrebbe
notizia alcuna della
storia.

Grazie alla bontà
divina, sinora la
Repubblica è riu-
scita ad effettuare
ogni suo disegno.
Elogio di Venezia.

A colmare tanta
felicità di cose, non
occorreva altro se
non che ci fosse un
ingegno capace di
dar elegante forma
alle pubbliche scrit-
ture, e quindi sag-
giamente il senato
ha rivestito Desi-
derato di quell'uf-
ficio.

Così facendo, esso
ha dato prova non
solo di prudenza,
ma anche di gra-
titudine.

Desiderato infatti
ha spesa tutta la
vita in servizio del-
la Repubblica;
nunca fatica, niente
pericolo o viaggio
nei paesi lontani
ha egli schivato,

(a) *Cic. habeat* (b) *PR* afflictis refugium (c) *Cic. Ra deferet Cic. in marg. de-
ficeret* (d) *Cic. in marg. quis verbis sent.* (e) *Cic. et quis* (f) *Ra in amicitia*

(1) Con queste parole il V. non vuole certo alludere ad un incarico conferito al cancelliere o da lui assunto quale scrittore ufficiale degli annali della Repubblica, ma semplicemente, a dirla

con il Foscarini, alla « proprietà e l'eleganza di quest'uomo nello stendere « alla giornata i decreti del senato » (cf. M. FOSCARINI, *Della Letteratura veneziana*, Venezia, 1854, p. 285).